



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

85 Non præsul fies, hospes nisi nosceris esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

characteribus. Verum in presbitero Colomensi, duobus Parisiensibus, & aedificis Vaisianis legitur, quemadmodum apud Gratianum.

C. IV. De eodem.

Item ex concilio Carthageniensi s. cap. 3.

Omnia de quorundam clericorum, quamvis erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit Episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere, quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio: ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuersumque ecclesie consuetudinem observari debere.

1. Debere] In eisdembus impressis haec sequuntur, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit] ut supra legitur. Sed illud, ubi necessitas urget. Quae sunt expressa, quam vestitus caditibus, aut non habentur, aut sunt ascripta in margine.

3. pars: Similiter, quod monachus Episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos derivari oportet.

C. V. Laica sit tantum communiōe contentus clericus, viduam, aut secundum ducens uxorem.

Unde Syricus Papa Hymerio Tarracon. Episcopo, epist. 1. cap. 11.

Quisquis e clericus, aut viduam, aut certe secundum conjugem duxerit, omni ecclesiastica dignitate privilegioque mox nudetur, laica sibi tantum communiōe concessa. Quamita demum poterit possidere, si nihil possit, propter quod hanc perdat, admittat.

4. pars: Trevelyterno vero nomen, quamquam à sanctitate sit suspensum, magis tamen mansuetam indicat sapientiam, quam caucem corporis.

C. VI. Presbyteri seniores dicantur non tantum aetate, quam sapientia.

Unde Anacleus ad Episcopos Italiae, epist. 2.

Porro à Moyli præcipitur, ut eligat presbyteros [id est, seniores]. Unde et in proverbis dicitur. [Gloria senum auctior] haec et verba canonicas sapientiam designat, de qua scriptum est. [Canonicus hominum prudentia est.] Cumque non gentes amplius annos ab Adam usque ad Abraham, vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter: id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis vincitur. Non ergo propter decrepita senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

DISTINCTIO LXXXV.

Hospitalitas est verò usque adeo Episcopi est necessaria, ut si ab ea inveniamus alieni iure prohiberi ordinari.

C. I. Hospitalitatem negantem non fiat Episcopus.

Unde Gregorius scribit Iovanni Episcopo, lib. 12. epist. 6.

Rehidianorum & Florentinum ecclesie Anconitanæ, qui ad Episcopatum fuerat electus, scriptura quidem scire scientiam habere, sed ita aetatis senio iam confectum accepimus, ut ad regiminis officium non possit assurgere: adiacentes etiam illi illum tenacem extitero: ut in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rufficus autem diaconus eiusdem ecclesie, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur, sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentinum vero diaconum Ecclesie Ravennatis, qui ab omnibus electus dicitur, sollicitum esse novimus, sed

a In ord. cap. 25. In Africa, cap. 37. distinct. 32. c. placuit. b Al. propria. c Anselm. lib. 2. cap. 100. p. 6. c. 11. d Anselm. lib. 2. cap. 100. p. 6. c. 25. * Proverb. 20. e al. hinc. f Item. Dist. lib. 2. c. 1. p. 6. c. 25. * Proverb. 20. e al. hinc. g al. Florentinum. al. Florentinum archidiaconum.

qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque tratenitas tua una cum fratre & Coepiscopo nostro Armenio supra scripta ecclesie Anconitanae visitatore illuc seffinet accedere, & diligenter de moribus a singulorum requirere, si denullo tibi sunt crimine consilii, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de praefato archidiacono dictum est, quia nunquam amicus domum eius ingressus est, si ita veritas habeat, & utrum ex necessitate, an ex tenacia b talis sit; aut si ita senex est, ut ad regendum non possit assurgere, vel si tactis sacrosanctis Evangelii (sicut nobis nunciatum est) iurandum praeberit, nunquam se ad Episcopatum accedere. Sed & de Ruffico diacono, quos psalmos minus tenet, per se scitandum est. Florentio autem diacono Ravennati, si nullum, sicut dicimus, crimen est, quod obstat, apud Episcopum eius agi necesse est, ut ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto, ne contra suam voluntatem eum cedere. c videatur.

DISTINCTIO LXXXVI.

Distorem autem Episcopum oportet esse, ne inferiorum cupere in eum respondentur, qui decens officium accipit, quod exequi nescit, vel negligit.

C. I. Negligentia rectorum imputamus culpam inferiorum.

Unde Leo Episcopus scribit Aquilegensi Episcopo, epist. 3. & 4. seu 16.

Inferiorum à culpa ordinum, ad nullis magis referenda sunt, quam ad desides, negligentesque rectores: qui multam sepe nutrunt pessilitiam, dum aufferentem i. dissimulant adhibere medicinam.

1. Anteriorum] Sic legitur in epistola 14. Verum in epistola tertio eiusdem Leonis legitur, necessariam. Reliqua utrobique eadem sunt.

C. II. Homines sunt diligendi, peccata odio batenda.

Item Leo Episcopus Ruffico Narbonensi Episcopo, epist. 90. seu 92. in princip.

Odio habeantur peccata non homines: corripiantur tumidi; tolerentur infirmi: & quod in peccatis levius castigari necesse est, non facientis pleclatur animo, sed medentis.

C. III. Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet.

Item Ioannes VIII.

Facientis e culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Scriptum f quippe est [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiant facientibus] participes iudicantur. Et s. libat Domino prospera, qui ab afflictis pellice adverte. Et negliget, cum possit deturbare perverfos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret ferupulo confessionis occulte, qui manifeste facinori desinit obviare. Et probat odisse se vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deviantis, qui non pepererit excedenti. Et primus innocentiae gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum pravitate consentium. Et nihil prodest alicui non puniti proprio, qui puniendus est alieno peccato.

Capit. hoc ex variis sententiis hinc inde collectis confectum est: quarum prima usque ad vers. emendate. sumpta est ex epistola beati Gregorii 114. lib. 7. modis 2. Theodorico & Theoberto Regibus Francorum.

a al. de vita & moribus. b al. renacitate. c al. concedere. In recentioribus editionibus. d Anselm. lib. 2. cap. 115. e Gregor. lib. 7. 108. epist. 114. indist. 2. f Rom. 1. g Pelagus 2. epist. 3. Eusebii sup. dist. 12. c. error. 2. q. 7. negligere. & 23. q. 3. c. qui potest. Ivo p. 6. cap. 115.